

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

IV. Officium

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

stea bellum vocarunt. Ciceronis hæc sunt verba in Oratore perfecto; *Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contraherent, quæ essent aptiora? nam ut, duellum, bellum, & duis, bis; sic, Duellium, eum qui Pænos classe devicit, Bellium nominarunt, quum superiores appellari essent semper Duellii.* Ex his etiam Ciceronis verbis videre poteris Grammatistas, qui inter *duellum, & bellum*, differentiam constituere solebant, quum idem profus significent: nisi velis dicere, illud vetus, hoc autem postea usitatum. Antiquè enim dixit Horatius, *Græcia Barbariæ lento collisa duello.* Vide Festum in; *Duellum; Duicensis; Duidens hostia; Duis, Duonium, bonum.*

IV. OFFICIUM.

Officium, ajunt ab *officiendo*, quod nemini officiat, vel noceat. Hoc rectè refellit August. Dathus, ex sententia D. Ambrosii, in lib. de Officiis, dum inquit; *Officium, litera o, mutata, quasi officium dicitur, propter decorem sermonis.* Hæc ille. Donatus in Q 9 4 Adelph.

Proles ex Proles, Copia ex Copia contracta habemus. Immo quæ propius accedunt ad hoc exemplum, sic Ducui & similia haud dubie dicta sunt pro Ducevi; Rapii pro Rapivi. Certe sic Vacuus formatum est ex Vacuus, Nocuus ex Nocivus, status ex status. Denique ne auctoritate veterum destimamur, in Glossariis Labbei invenimus Divellio πρὸς δέμος, Divelliones πρὸς δέμος, εἰρηναίου. Quæ vocabula si olim fuerunt in usu, ut sane illa Glossaria nos docent, certa pene est nostra Etymologia, utpote quum manifesta ratione inde sit formatum Perduellio, quod proprie notat crimen, quo quis tanquam hostis publicus à civitate suâ censetur divisus. Si vero eam originem habet hocce vocabulum, eandem omnino habere debuit Perduellia & Duellum.

Adelph. planius id ostendit, inquiring; *Officium dicitur, * quasi officium, ab efficiendo, quod unicuique persona congruit.* „ [Itaque efficere officium, pro facere, aut curare, Plaut dixit „ Bacchid. *Vestrum curate officium, ego efficiam meum,* Similiter Stich. *Pro opibus efficiamus nostra munia,* id est, ut in Rud. loquitur, „ *conficimus nostra officia: Trucul. Lepide efficiam meum officium.* Et Lucretius lib. 4. officium „ *utilitatis dixit, de membris corporis loquens; Utilitatis ob officium potuisse creari, id est, est, ob effectum, ut efficerent utilitatem.]*

V. LUDUS.

Ludus, ajunt, quod longissime absit à lusu; citantque Quintilianum lib. 1. cap. 6. Sed ille, ut monui, irridet illos, qui talia docent. Dathus malè se expedit à quaestio-

* *Quasi officium*] Sic quidem plerique Veterum Grammaticorum. Rectius tamen Vossius ab *efficiendo* deduxit, sed quod male explicuit. Nec enim idem olim, quod *efficere*, significavit illud verbum, sed *Facere aliquid circa aliquem*, sive Bonum id sit, sive malum. Usus quidem Verbi maxime hæsit in deteriore sensu, ut significet, quasi obstaculum quoddam opponere alicui, impedimento esse, vel facere aliquid, quod impedimento sit; sed id neutiquam impedit, quo minus *officium* in meliorem accipiat partem, & significet munia & facta obsequii. Nam sic prorsus etiam *Obsistere* proprie quidem denotat circa aliquem stare, quocumque tandem consilio & effectu; at dein usum idem potissimum, quod officere, impedimento esse, seu ita stare, ut impedimento & obstaculo sis: *Obstetrix* vero inde formatum, in contrariam seu meliorem partem sumitur pro muliere, quæ aliis in partu adest & adstat parata ad auxilium ferendum. Eadem porro significatio est particule *OB* in *Obsequi*, *Obseruare*, *Obsidere*, &c. ut modo in bonam, modo in se quio-rem partem sumatur.